

Rege venturum

Re- gem ven- tú- rum Dó- mi- num, ve- ní- te, a- do- ré- mus.
Jucundáre, filia Sion, / et exúlta satis, fili- a Je- rú- sa-lem.
Ec- ce Dóminus véniet, / et erit in die illa lux magna, / et stillábunt mon- tes dul- cé- dinem,
+ et col-les fluent lac et mel; / quia veniet Prophéta magnus, / et ipse re- no- vá- bit Je- rú- salem.
* et col-les fluent lac et mel; / quia veniet Prophéta magnus, / et ipse re- no- vá- bit Je- rú- salem.

Ecce véniet Deus / et Homo de domo David sedére in throno, *
et vidébitis et gaudébit cor vestrum.

Ecce véniet Dóminus protéctor noster, / Sanctus Israë!l, / corónam regni habens in cápite suo: *
et dominábitur a mari usque ad mare, / et a flúmine usque ad términos orbis terrárum.

Ecce apparébit Dóminus, et non mentiétur: *
si mora fécerit, expécta eum, / quia véniet, et non tardábit.

Descéndet Dóminus sicut plúvia in vellus, +
oriétur in diébus eius iustítia / et abundántia pacis: *
et adorábunt eum omnes reges terrae, / omnes gentes sérvient ei.

Nascétur nobis párvulus / et vocábitur Deus fortis; +
ipse sedébit super thronum David patris sui, et imperábit; *
cuius potéstas super humerum eius.

Bethlehem, cívitas Dei summi, / ex te éxiet Dominátor Israë!l, +
et egréssus eius / sicut a princípío diérum aeternitátis, *
et magnificébitur in medio univérsae terrae; / et pax erit in terra nostra dum vénerit.

(24 dec.)

Crástina die delébitur iníquitas terrae, *
et regnábit super nos Salvátor mundi.
Prope est iam Dóminus: veníte, adorémus.